



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Tractatus De Magis, Veneficis Et Lamiis, Deque His Recte Cognoscendis Et Pveniendis**

Propter Varias & controversas de hac quaestione hominum sententias,  
vtilissimus & cunctis ad Rerumpublicarum gubernacula sedentibus  
maxime necessarius ... in tres libros distributus

**Gödelmann, Johann Georg**

**Francofurti, 1591**

**VD16 G 2487**

Capvt VII. De Veneficis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61507)

quo malitia Diabolorum ostendetur, palàm vniuersa decent Ecclesiæ, & de pœnis Diabolorum: sed hæc fieri oportet seriò, & omittendæ sunt ceremoniæ τῆς ἀγτολατρείας & lustralis aquæ & falsarum inuocationum & similibium. Scio plura exempla in quibus profuisse piorum precationem certum est.

## CAPVT VII. DE VENEFICIS.

### Summæ.

- 1 Venefici qui dicantur.
- 2 An Venefici aliquid efficere possint.
- 3 Quidam existimant eos nihil posse.
- 4 Sententia Ioannis VVieri.
- 5 Sententia Augustini Lerchemers.
- 6 Communis Theologorum & Iurisconsultorum conclusio est, Veneficas ex Dei permissione & Diaboli auxilio, damna inferre hominibus & iumentis suis Magicis artibus posse.
- 7 Verba Legis diuina.
- 8 Moyses loquitur de illis, qui Magicis artibus homines & iumenta interficiunt.
- 9 Testimonium Pauli ad Galatas.
- 10 Concilia, Veneficorum scelera nominant lethalia maleficia.
- 11 Testimonium S. Augustini.
- 12 Testimonia S. Lutheri.
- 13 Lutherus morbos suos veneficijs diuinitus permisis assignabit.
- 14 Satanus est Elictor & Carnifex Dei.

K

15 Iob

- 15 *Iob Satanam patientia sua & fide in Deum superauit.*
- 16 *D. Hemmingij testimonium.*
- 17 *D. Chytræi & aliorum Theologorum testimonia.*
- 18 *Verba Legis humanæ.*
- 19 *Testimonium Pauli Grillandi IC.*
- 20 *Testimonium Cuiacij & Wesenbecij.*
- 21 *Testimonium Daumholderij IC.*
- 22 *Ipsa experientia testatur Veneficas lædere posse.*
- 23 *Veneficarum maleficia.*
- 24 *Veneficæ homines lædunt.*
- 25 *Testimonium Peuceri.*
- 26 *Historia de Venefica in Episcopatu Constantiensi.*
- 27 *Testimonium Danaei.*
- 28 *Veneficæ proprios infantes mactant & Diabolo offerunt.*
- 29 *Historia de duabus obstetricibus.*
- 30 *Historia de Veneficis Berolini combustis.*
- 31 *Venefica pecudes lædunt.*
- 32 *Testimonium Peuceri.*
- 33 *Veneficæ arbores, fruges perdunt.*
- 34 *Olla commune instrumentum Veneficarum.*
- 35 *Cur maior in hoc genere mulierum, quàm virorum frequentia.*

**V**enefici (*utriusque sexus homines*) sunt, qui nefarijs carminibus, diris imprecationib<sup>9</sup>, immundorum spirituum immissione, Pharmacis à Diabolo præparatis, vel per artes illicitas ex cadaveribus, funibus suspendiosorum & corporibus mixtis concinnatis, illatis, defossis pabulo vel potui mixtis, hominum & pecudum valetudinem ac vitam lædunt ac perdunt. Solent enim Veneficæ multa ex carnibus ossibusq; suspendiosorum, ad rem ipsam Magicam pertinentia conficere, ijsque in Magicis veneficijs yti, prout testatur Lucanus:

*laque-*

---laqueum nodosq̄ nocentes  
 Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,  
 Abrafitq̄e cruces, percussa q̄e viscera nimbis  
 Vulsit, & incoctas admissisole medullas, &c.

Et Apuleius Madaurenfis, & ipse Magiæ deditissimus, cum de  
 ferali officina Pamphiles, Thessaliæ mulieris in ea arte instru-  
 ctissimæ, loqueretur, lib. 3. Metamorph. Hic, ait, nares & digi-  
 ti, illic carnosæ clavi pendentium, &c. Cæterum Plinius lib. 28.  
 cap. 1. scribit, Anthem ex Caluaria suspensio interempti cata-  
 potia fecisse, contra rabidi canis morsum. Et cap. 4. eiusdem li-  
 bri, tradit laqueum suspensiosi circumdatum temporibus, do-  
 lorem capitis sedare. Queri iam solet, nec immerito, vtrum  
 Venefici, id quod volunt & cupiunt, etiam efficere &  
 præstare possint: Duplex hinc sententia sese offert: Sunt enim  
 qui iudicent, planè nihil eos posse, & meras esse tantum imagi-  
 nationes & phantasias. In qua sententia viri sunt doctissimi Io-  
 annes VVierus, Augustinus Lerchemer, & alij: verba VVieri  
 sunt in c. 35. lib. 3. Quod verò hæc maleficium, aut si maus, vene-  
 ficium etiam sine contactu inferre posse credantur, cum aliquo  
 eius excremento cui nocere debet maleficium, cuiusmodi est  
 vrina, sterco, sanguis, capillorum & vnguium præsegmina,  
 atque generaliter includi membris canis, similibus aliquo mo-  
 do his, quorum in homine sunt partes aut excrementa, claudi-  
 que ossæ mortui hominis, ac in illius nomine sepeliri, alia qui-  
 dem in vestibulo, alia in via, crucis formam habentibus, alia in  
 torrentibus cum bona venia mei olim præceptoris venerandi  
 Agrippæ (qui ex hisce nugis librum consarcinauit) hæc merè inania  
 esse, adeoque ridicula cum Cardano liberè assero, atque Satanae  
 instinctu in vsum vocari, quasi aliquid hic possent res prorsus  
 inefficaces friuolaque, quo à se designatum, id quod apparet  
 malum, à Dæmone constructum, vel aliàs Dei occulta volun-  
 tate,

tate, aut naturæ vitio natum, credant non sanæ foeminae: potissimum cum cas noua imbui virtute, ex inepta vel blasphema aliqua admurmuratione aut imprecatione maligna, falsa opinentur persuasione.

5 Verba Augustini Lerchemers, in suo Germanico tractatu von der Zauberey hæc sunt: Viehe vnnnd Menschen zubeschädigen/ zu kräncken / oder zu tödten mit Gedancken / Willen/ Worten / oder Geberden / vermögen die Hexen nicht / sondern sie müssen entweder / die Hand gewaltiglich an sie legen / oder jnen Giffte eingeben / oder aufschmieren. Wann mir schon einer wündschet / daß mein Pferd hinfend werde / derhalben wirdt es nicht also / wann ihm gleich dieselbe Stunde solches widerfüre / sintemal inn Worten solche Krafft nicht ist. So er ihm aber mit einem Beil hiewe inn die Füße / damit lähmete er mirs. Wann mir einer ein Auge begerte zu verderben / vnd zu blenden / malet ein Auge an die Wand / steche mit eim Pfriem darein / redte so böse Wort darzu als er immer wölle / damit thete er mir nichts / ob gleich als bald darauff mein Auge Schaden bekeme. So er mir aber ins Auge steche / Kalk / oder anders schädlichs darein strewete / damit thete er mirs. Also ein Zauberin thut frem nechsten an Bihe / Haabe / vnd Leiben / mit allem ihrem Zaubertwerck nicht weher / als wann ein Kindlein erzürnt / die Händlein zusammen schlegt / meinet / es schlage damit den / ders ihm gethan hat. Deinen Rūhen kan die Zauberin / wie keine andere / die Milch nicht nemmen / sie muß dabey sein mit ihrem Kübel / vnnnd melcken sie. Kompt deine Milch anders weg / so wisse / daß der Teuffel die Rūhe schwechet / daß sie versiegen / oder stilet die Milch / tregt sie den armen Hexen zu / oder wohin er soust will / die melcken sie den auß ihrer Kunkel / oder auß einem Pfoß / wie es scheint. Id est: Hominibus & iumentis damna inferre, aut interimere cogitationibus, verbis, gestibus, ac nuda voluntate, Veneficæ nullo modo possunt, nisi aut violentas manus ipsis iniiciant, aut veneno, inunctionibus, id effi-

cere :

cere conantur. Quæ tamen res non Veneficium, sed vſitatus potiùs nocendi modus dicitur. Item ſi quis imprecationibus ſuis equum meum claudicantem efficere vellèt, non vi imprecationis illius, etiam ſi voto caſus quidam reſponderet, id fieri dicerem, quandoquidem verba illa hanc efficaciam omninò non habent. Si autem, ſecuri arrepta, pedem percufferit, illum debilem reddere, & in officio ſuo perfun- gendo impedire poteſt. Si viſui meo quidam nocendi cupidus oculi formam in pariete pingeret, eamque cum execrationibus framea confoderet, punſtione & ſuperſtitione hac, nihil cum efficere certum eſt, etiam ſi eodem tempore & momento viſum meum aduerſum aliquid pati contingeret. Si autem viſui meo iſtum infligeret, aut in eum calcem & alias res nocituras inijceret, tùm deprauare & corrumpere facilè poſſet. Ita & Veneficæ vicinorum ſuorum pecoribus, vitæ & fortunis non magis nocere, omni ſua arte, poſſunt: ac puer quidam ad iram commotus, qui collifione & conſlictione manuum, eum à quo læſus eſt, ſe verberare poteſt. Vaccas tuas Veneficæ, ſicut & aliæ, lacte priuare & ſpoliare non poſſunt, niſi præſentes ipſæ fuerint, & manibus lac emulſerint. Si alia ratione aut modo lacti ablatum fuerit, Diaboli fraudi id aſcribendum putabis, qui illud ad Veneficæ, aut alibi vbi voluerit defert, quæ poſtea lac illud, pro vt Diabolus ipſis ſuggerit, ex poſte, vel alio inſtrumento emulgere exiſt-  
 mant. Sed verior eſt Theologorum, Iuriſconſultorum, Me-  
 dicorum & Philoſophorum conſluſio, Veneficos, Veneficæq;  
 ex Dei permiſſione & Diaboli auxilio varia morborum genera,  
 tam pijs, quàm impijs incantando, imprecando, ſcæcinando,  
 pharmaca magica arte incantata exhibendo, applicando, ef-  
 fundendo, ſub limina defodiendo, vel quocunq; modo vſur-

pando inferre posse. Et horum sententia tam diuinis, quam humanis legibus, rerum ipsarum experientia, & multorum  
 7 doctorum virorum testimonijs probatur. Primò, in lege  
 diuina, habemus claros textus Exod. 22. Maleficas non patieris  
 8 viuere, & Deut. 18. Ne sit inter vos maleficus. Certè Moses hic  
 non de illis præcipit, qui vera & naturalia venena necandi cau-  
 sa offerunt, *die einem ein Spanisch Sùpplein beybringen*: tales  
 enim sub legibus homicidarum comprehensi sunt. Sed de illis  
 agit, qui Magicis artibus homines & iumenta interficiunt, ipsis-  
 que nocent. Prout testatur Ioannes Calvinus in d. c. 22. vbi ait:  
 Nomine maleficorum Moses intelligit incantatri-  
 ces vel sagas, quæ magicis artibus dant operam,  
 tam vt fascinis lædant, quam vt revelationes à Dia-  
 bolo petant. Quod si è novo etiam testamento (quæ est al-  
 tera diuinæ scripturæ pars) idem tibi demonstrari velis, vide E-  
 9 pist. Pauli ad Galat. c. 3. v. 4. & similes alios locos, vbi optimi &  
 doctissimi quique interpretes, tum veteres, tum etiam recentio-  
 res vno consensu omnes esse veneficas colligunt, qui Satanica  
 arte & via, hominum animos, corpus, vitam denique ipsam læ-  
 dant, vt Danaus de Sortarijs c. 2. & Benedictus Aretius in pro-  
 10 blematibus, in loco de Magia notarunt. Concilium quoque Car-  
 thaginense, item, Constantinopolitanum secundum, quod in  
 Trullo fuit, Act. 61. disertè & nominatim huius generis venefi-  
 corum, mentionem faciunt, & lethalia maleficia eorum scelera  
 nominantur. Sed videamus diuinorum interpretum testimo-  
 11 nia. Magnus ille Augustinus lib. 10. de Civitate Dei, (cuius di-  
 ctum insertum est c. Nec mirum, §. Magi, 26. q. 5.) dicit, Magos  
 etiam eos esse, qui sine vlllo veneni haustu, violentia tantum  
 carminis, homines interficiunt. Et idem ferm. 207. de tempore  
 docet: Veneficas posse arte operaque Satanae efficere, vt alij è sa-  
 12 nis ægroti fiant, alij ex ægrotis sani. Diuus Lutherus, organon  
 prædi-

prædicationis verbi divini in hisce novissimis seculis electissimum expressè asserit & testatur: in Comment. Epist. ad Galat. cap. 3. Veneficas suis Magicis artibus valetudinem & vitam hominum perdere posse. Sed ad pleniorē fidem verba eius subiiciemus: Negari inquit, haud potest, quin Diabolus vivat, imò regnet in toto mundo. Fascinum autem & Veneficium sunt opera Diaboli, quibus non solum nocet hominibus, sed permittente Deo, quandoque etiam occidit. Sumus autem nos omnes corporibus & rebus subiecti Diabolo, & hospites sumus in mundo, cuius ipse princeps & Deus est: Ideò panis quem edimus, potus quem bibimus, vestes quibus utimur, imò aër & totum quo vivimus in carne, sub ipsius imperio est. Potest igitur per suas veneficas nocere pueris, vel angustia cordis, vel excæcare, vel furari, vel in totum auferre puerum, seq; in locum ablati pueri in eunas colloere. Ego audiui talem puerum fuisse in Saxonia qui suxit quinq; mulieres, & tamē non potuit expleri: sed idem potest in senibus, & eodem loco. Me puero, inquit, multæ erant veneficæ quæ pecora atq; homines, præcipuè pueros incantabant: item nocebant segetibus per tempestates & grandines, quas suis veneficijs excitabant. Hæc Lutherus: à quibus euidenter elucet, quantam potentiam, quantamq; facultatem Veneficis adscribat: intellige scilicet, si Deus illis concesserit. Verba eius Germanica sunt: *Zauberey ist des Teuffels selbst eygen Werck / damit er den Leuthen. (wenn G Du ihm verhengt) nicht allein Schaden thut / sondern sie offemals auch ganz vnd gar dadurch erwürget / vnd vmbbringet. Ja wir seynd beyde mit Leib vnd Gut als Geste vnd Fremddling in dieser Welt / dem Teuffel vnterworffen / dann weil er ein Fürst vnd G Du dieser Welt ist / ist vnter seiner Macht vnd Gewalt alles das / davon wir inn diesem Leiblichen Leben / erhalten werden / Essen / Trincken / Kleider / Luft / &c. Darumb kan er auch durch solche seine Huren vnd Zauberinnen / den armen Kindlein / wanns ihm G Du verhengt /*

heugt/ wol Schaden thun / als mit dem Herzgespaff / Blindheit/  
 12. Ja er kan wol ein Kind stelen/ vnd sich selbst an seine statt in die  
 Wiegen legen/ wie ich dann etwa gehöret habe / das ein solch Kind  
 inn Sachsen gewesen sein soll / dem Fünff Weiber nicht gnug ha-  
 13 ben können zu saugen geben. Et alibi scribit Lutherus Venefi-  
 cam quandam matri suæ multa incommoda & mala intulisse,  
 & cum eam propterea pastor ibidem in genere saltem reprehē-  
 disset, eum magicis artibus ab ea ita fuisse læsum, vt paulò post  
 vitam cum intolerabilibus doloribus finierit. Et addit Luthe-  
 rus, pijs etiam tale quid accidere posse: animā enim nostrā mē-  
 dacijs obnoxia esse, & licet iisdem liberetur, corpus tamen af-  
 flictionibus subiectum esse. Et meos morbos & infirmitates,  
 subijcit, Veneficijs eiusmodi diuinitus concessis mihi accidere  
 existimo. Deus verò electos suos conseruat, liberans eos à Dia-  
 14 bolo, & omni malo. Est enim Satanus licitor & carnifex Dei:  
 quemadmodum autem carnifex absque sententia & licentia  
 iudicis furem non suspendit: homicidam gladio non ferit: Ita  
 Diabolus summæ iustitiæ carnifex, nec pio vel impio absq; Dei  
 15 permissione nocere potest, aut damnum inferre. Id nos docet  
 historia Iobis, ex qua constat, non posse Satanam vires suas ex-  
 ercere, nisi quantum & quia permittit Deus. Nihil enim bo-  
 norum Iobi fuit in Satanæ potestate, ante hanc domini con-  
 cessionem: vt Theodorus Beza in Iobum ca. 1. ve. 12. scribit, vbi  
 pergit. Num verò Deum dicemus, cum hoc Satanæ concede-  
 ret, gratum ei quoque facere voluisse: Nequaquā: Quid enim  
 iniquius foret, quàm fidum suum seruum, charissimum filium,  
 inimicissimo suo torquendum in manus tradere. Hoc igi-  
 tur concedens Satanæ Deus, nihil est ei propriè largitus, sed cū  
 potius effecit suæ ipsius infamiæ instrumentum, quin illum po-  
 16 tius Iobo traderet superandum: seruo autem suo insigne tro-  
 phæum iam tūm præparauit. In eadem quoq; sententia est Ni-  
 colaus Hemmingius in admonit. de vitandis Magicis supersti-  
 tionibus

tionibus: Deus, inquit, nunquam prohibuisset artem Magicam & eos, qui ea utuntur, non iussisset interficere, nisi ars illa quicquam præstare posset. Sapientissimus enim Deus non potest ferre leges de rebus, quæ vel non sunt, vel esse non possunt. Ita id autem accipi volo, Maleficos suis proprijs viribus & actionibus Magicis nihil omninò posse. Nulla enim vis recitationi verborum conceptorum characteribus, imaginibus inest. Sed Diabolus insinuans se hominibus, permittente Deo, ad incantationes Magicas operatur, siue pactum expressum intercesserit cum Diabolo, vel non. David Chytraeus in præfat. Panurgie Samuelis Meigerij: Deterrimi enim haud dubiè latrones <sup>17</sup> Venefici sunt, qui venenis illitis, defossis, pabulo vel potui mixtis, vel alijs malis artibus, Diabolo expediente, pecudes, segetes, & hominum etiam ipsorum valetudinem ac vitam lædunt & perdunt. Benedictus Aretius in Problemat. de Fascinat. Accedit experientia manifestior, quàm vt negari possit, fascinantur à Veneficis infantes, vt contabescant, vaccæ vt lac non reddant. Et paulò post: Ac de visu minùs mirabimur, inquit, si maleficæ lædant, cum Basilisci vim consideramus, & torpedo marina, manifesta experientia, piscatoris manum lædit rorpore immisso per arundinem & filum piscatorium. Maleficarum verò oculi veneno imbuti sunt Satanico, quæ infantes diro aspectu facilè lædunt. Sunt enim corpuscula tenella & porosa, imprimis oculi venenum per visum facilè recipiunt, intra corpus admittunt, quemadmodum Basiliscus sibi ipsi causa mortis est, si obiecto speculo, aut re levi radius visiuus in ipsum reflectatur, & mulier menstruo polluta, non solùm speculum inficit, sed propriam faciem ex reflexione visus, item aliorum oculos perstringit & hebetat. Lambertus Danaus de Sortiarijs cap. 3. Cum sint hi & Satanici & subtiles admodum venefici, certè quidem inficere veneno suo possunt, quicquid in his terris natura sua est corruptibile & mortale, nisi à Deo conseruetur.

L

tur.

tur. Nihil autem est in hoc inferiore mundo, quod non sit huiusmodi, & mortale dico, & corruptibile. Quare eorum artes in omnia hæc inferiora grassari posse planè fateamur. Audiamus nunc quoque & Imperatorum Leges, earumque interpretes, quid de Veneficis sentiant. Imperator Constantinus de his ita loquitur in l. 4. Eorum est scientia punienda, & severissimis meritò legibus vindicanda, qui Magicis accincti artibus aut contra salutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflectisse deteguntur. Et idem lib. 6. Multi Magicis artibus vsi, elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, vt quisque suos conficiat malis artibus inimicos, hos quoniam naturam peregrini sunt, feralis pestis absumat. Hos quoque persequitur & damnat L. 12. tabularum. Lex Cornelia de Sicarijs & Veneficijs, Imperator Iustinianus in §. Item L. Cornelia. Inst. de publicis iudicijs: vbi eadem lege & Venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam Venenis, quam susurris magicis homines occiderint. Imper. quoque Leo Nouella 65. Constitutione Carolus V. hic: *So jemand den Leuhten durch Zauberey / Schaden oder Nachtheil zufügt / soll man straffen mit dem Feuer.* In iure Canonico similes poenæ habentur, de quibus vide Decretum Gratiani 26. quæst. 1. 2. 3. 4. & 5. & Constitutiones Alexandri VI. Adriani VI. & Sixti III. PP. in c. 1. 2. & 3. De Malefi. & Incantato. lib. 7. Decretal. Cùm itaque tanta seueritate ab Imperatoribus prohibita sint veneficia, firmissimum est argumentum, Veneficas suis magicis artibus aliquid efficere posse. Cur enim de ijs leges scriptæ essent, si nullæ vnquam extitissent? Cur poenæ in eos sancitæ? neque enim de ijs rebus, quæ non sunt, leges promulgantur: & par est earum rerum, quæ non sunt, & quæ nõ apparent, in iure Ciuili iudicium, quemadmodum Iuriscõsulti docent. Cùm quæreretur à sapientissimo illo Atheniensium Legislatore Solone, cur nullam aduersus Parricidas legem scri-

scripſiſſet, reſpōdit: Quod neminem vnquam parricidam fore ſuſpicaretur. Videamus nunc LL. interpretes. Bartolus lucerna 19 iuris noſtri, conſilio VI. T. 1. Conſ. crimi. n. 5. ſic ſcribit: Audiui à Theologis has mulieres, quæ ſtrigæ nuncupantur, tactu, vel viſu, poſſe nocere, etiam vſq; ad mortem faſcinando homines, ſeu pueros ac beſtias, cū habeant animas infectas. Paulus Gril- landus de Sortilegijs quæſt. 6. n. 12. Veneficæ quædam redigunt in pinguedinem, cum quibus faciunt diuerſas vnctiones, ex quarum tactu, cibo vel potu, in humanis aut brutorum corpo- ribus infinitæ cauſantur ægrotudines, & morbi intrinſeci, quan- doq; ex his prouenit privatio, quandoq; verò membri debilita- tio, nervorum attractio, dolor capitis, dentium, pectoris, ſtoma- chi, ventris, cordis, & iſte ſæpiùs cæteris evenit: quandoq; re- num dolor intenſius, aut alterius membri, & partis corporis. Quandoq; verò prouenit febris, tuſſis & dementia, hydrops, aut aliqua tumefactio carnis in corpore, ſive apoſtoma extrinſecus apparens, quandoq; verò intrinſecus apud inteſtina aliquod apoſtoma fit adeò terribile, & incurabile, quòd nulla ars medi- corum id ſanare, & removeſcere poteſt, niſi accedat alius malefi- cus, ſive ſortilegus, qui contrarijs medelis & remedijs ægrotudi- nem ipſam maleficam tollat, quam facilè & brevi tempore re- moveſcere poteſt. Iacobus Cujacius, antiquitatis in ſignis indaga- 20 tor, in parat. C. de Maleficis ſcribit: Maleficorum appellatione contineri etiam veneficos, qui carminibus, diris devotionibus deſigunt alios, qui fingunt cereas imagines hominis necandi cauſa. Et Matthæus VVeſenbecius in Parat. D. vbi ſcribit: Ex conſtitutionibus ampliùs intelligi licet, veneficij quæſtionem ad omnes magos, auſpices, ſacerdotes vetitorum ſacrificio- rum, cuiſcemodiq; artium doctores ac diſcipulos, quiq; libris magicis vtuntur, eſſe extenſam. Et paulò poſt: Vt veneficiorum olim eadem pœna fuit, quæ cædium, ex lege Cornelia: ita nunc poſtquam homicidia gladio puniri coeptū eſt, veneficia quoq;

eodem supplicio vindicantur. Sed & concremari veneficos Constantinus voluit, quo genere supplicij Sax. & alia passim nationes, in hos animaduertunt: potissimum eos, qui sortilegijs & Magicis artibus veneficia exercent. Nam qui citra casares potionibus & venenis clam interficiunt, velut grassatores  
 21 puniri solent: mares rota, foeminae aqua. Iodocus Damhouderius in praxi Criminali fol. 144. Tertia Sortilegiorum species est, Venefica, seu malefica, quae caeteris multis partibus est perniciosior, eoque magis execranda, per quam infinita mala suppullulant: tot infirmitates, tam varij morbi, tot calamitates, humana pariter ac brutorum corpora excarnificantur, adeo, vt ad durissimam mortem non raro viuentes adigantur, hi citius, illi vero tardius. Citius enim istiusmodi malefici perimunt, quotiescunque compositio malefica valde praesentanea est, & plurimum habet veneni. Qua ratione autem id fiat, prudensque praetereo. Tardius vero mortem infligunt, cum longis cruciatibus corpora ita conficiunt; adeo exinaniunt, vt eorum vniuersa virtute contabescente, tandem emori cogantur. Quocirca non perperam species isthaec malefica dicitur, ab enormitate, scilicet, malitiae, in quam directe perpetuo vergit. Hinc fit, quod lex vocat istos humani generis inimicos, vt qui semper tendunt ad hominum interuersionem. Obseruandum praeterea hoc loco, varijs modis, istos maleficos, suo maleficio homines (*diuino semper permissu*) adigere ad mortem. Sunt enim qui sola carminis potentia homines aliquando interimunt, absque vlllo veneni haustu, S. Augustin. testante lib. 10. de Ciuitat. Dei appellat eos hostes communis salutis. Haecenus Damhouderi<sup>9</sup>. Insuper manifesta quoque experientia testatur, eos posse ho-  
 22 mines & iumenta laedere. Certis enim anni temporibus, vt Peucerus ait, herbas ad certarum vocum pronuntiationem euellunt, colliguntque, aut alia suis accommodata artibus conquirunt, ea opinione, quod ex istis verbis eam, qua ipsis opus est, virtu-

virtutem, contrahant. Iis deinde aut ad remedia vtuntur, aut si 23  
 noxium aliquid parant; cibo, potuue hominum iniectis, aut in  
 pecorum pabula sparſis, aut ſaltem collocatis, eo cum faſcino  
 qua tranſeundum eſt, vel alio, mirificè lædunt, & perimunt et-  
 iam animantia, quæ ferè talibus deguſtatis, vel ſolò halitu at-  
 tractis, vel tranſitu perſtrictis aut ſuperatis, è veſtigio inficiun-  
 tur, & aut ſtatim concidunt ac moriuntur, aut lenta conſumū-  
 tur tabe. Ac pſimùm eas in homines graſſari certo certius eſt. 24  
 Id enim quotidie fieri cernimus. Quosdam enim venenis ſuis  
 interficiunt, alios languentes & tabidos reddunt, eiectionem  
 lotij impediunt, vnde multi moriuntur, ſicuti Bodinus libr.2.  
 cap.1. teſtatur. Vidimus, inquit Peucerus, *φαρμακουργός*, qui tor- 25  
 mentis examinati in confeſſione magnum recenſebant eorum  
 numerum, quos læſiſſent, quorum aliquos excæcârãnt, aliquos  
 mutilarant, aliquos *ὀβόνο καὶ νοφόνο* reddiderant. Refert Spre- 26  
 gerus p.2.q.1.c.13. Veneficam quandam in Episcopatu Conſtan-  
 tienſi carnifici, dum ſuper ſtruem lignorum à terra per illum e-  
 levaretur, dixiſſe: Pro iſto tuo labore habebis à me præmium,  
 & ſic inſufflando in eius faciem, cum ſtatim in lepram incidiffe,  
 & paucis poſt diebus extinctum fuiſſe. Vidi, inquit Danæus, qui 27  
 nutricum mammas vnico & ſolò manus tactu lactè exhau-  
 ſiſſent, & exſiccãſſent. Vidi qui cholicos morbos grauiſſimos  
 induxerant, qui tormina, qui podagram, qui paralyſin, qui apo-  
 plexiam, qui mancos & debiles homines effecerant, aliosque  
 morbos iniecerant, quos poſtea nec ipſi, nec medicinæ artis pe-  
 ritiffimi noſſe & curare poterant. Inter alia autem ſcelera, quæ 28  
 Veneficæ committunt, nullum eſt horribilius & grauius, quàm  
 quòd parvulos pueros, nec dum baptizatos Diabolò offerunt,  
 eosque poſtea miſerè interficiunt. Sprengerus in Mallico p.2. 29  
 q.1.c.13. refert, obſtetrices duas in Episcopa. Baſilienſi & Argen-  
 tinenſi concrematas; eò, quòd vna quadraginta, altera in-  
 numerabiles pueros recentes, ab vtero necãuiſſent, inditis clam in

eorum capita grandibus aciculis. Et præterito Anno 89. Comes quidam superioris Germaniæ octo Veneficas, quæ 140. infantes interfecerunt, Vuldano offerre iussit.

30 Anno LIII. captæ sunt Berlinæ duæ Veneficæ mulieres, quæ glaciem ad perdendas fruges perficere conatæ sunt. Eæque mulieres rapuerunt furto alterius vicinæ mulieris infantulum, & ipsum dissectum coxerunt. Factum est diuinitus vt mater quærens infantem, interueniret, ibique in ollam imposita, amissi infantis membra videret. Captis itaque mulieribus, & in tortura examinatis dixerunt, si processisset coctio, tunc futura fuisset ingens glacies, ita vt omnes fruges perderentur. Quod  
31 ad pécudes & pecora, illi ea veneno necant varijs quidem modis, nec modò necant, sed si libuerit intumescere faciunt, aut macras reddunt, adèò vt nihil istorum scelere sit peius & perniciosius.

32 Nouimus, inquit Peucerus, & pagos, in quibus multos annos illa quæ ingressa fuerant, vel egressa armenta perierunt, & non fuisse infecta pabula, vel illud certò indicabat, quod vicinorum pecora, eodem vsa pastu, noxij nihil cepissent: sed fascinum fuisse defossam sub via publica, qua armenta pastum agi consueuerant, euentus postea ostendit, cum eruto & sublato fascino actus mutaretur. Et Paulus Grillandus IC. super allegato loco, num. 13. Quædam Veneficia, inquit, fiunt ad desiccandù totum lac vnus gregis, vel fœcundi armenti vaccarum, adèò quòd nihil casei penitus reddant, quamuis antea in maxima abundantia reddidissent, & similiter abortiones totius gregis vel armenti inducere possunt, prout aliàs vidi & habui in factò Romæ, quòd duæ maleficæ mulieres cum istis maleficijs perire fecerant abortando multos pecudum fœtus, & matres desicca-  
33 uerant penitus. Quod ad herbas, arbores, earumque baccas & fructus, cæteraque huiusmodi, certè etiam ab illis intoxicantur. Id quod non solùm præclara illa Vergilij sententia quæ ex  
quo-

quotidiana rerum experientia ducta est, ostendit, Eccloga octava.

*Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena,  
Ipse dedit Mæris, nascuntur plurima Ponto.*

Verùm etiam Lex XII. Tabularum. Qui fruges excantassit, pœnas dato : neve alienam segetem pellexens excantando, & paulò post. Ne agrum defruganto, id est : Nullo præstigiariũ genere fiat, vt ager ad sterilitatem perducatur, scilicet ne fruges ferat vllas, vel non quales solebat antea. Est autem olla, vt Benedi- 34  
ctus Aretius in proble. de Magia inquit, Commune ferè omnium Veneficarum instrumentum, in quo herbas, vermes, carnes humanas, aliãq; decoquunt, quibus epulis, vnguentis, ac Pharm- 35  
macis efficaciter postea vtuntur. Cur autem maior in hoc genere mulierum frequentia reperiatur, ratio in promptu facilis est. Quò enim imbecillior hominum natura est, quò animus, vt plerunq; mulierum est, ad nocendum paratior : eò securior est, eòq; faciliùs atque citiùs à Satana ab vna sententia ad aliam, & à bono ad malum pertrahi, adeòq; seduci, falli, decipi potest, vt Scribonius ait. Ideòque probabili ratione Lex diuina Exod. 22. Maleficas non patieris viuere, de mulieribus fuit lata, cum sexus hic ad suspicionem propensior sit, vt ibidem Caluinus notauit.

Hinc vulgò dicitur :

*Non audet stygius Pluto tentare quod audet,  
Effrenis monachus, plenaq; fraudis annus.*

CAPVT VIII.  
DE CVRATORIBVS MORBORVM  
HYPERPHYSICORVM PRAE-  
stigiosis.

Summa.